

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Bellvm illyricvm. Ti. XIII

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

LIBER
BELLVM ILLYRICVM, TI. XIII.

Macedonici belli contagio traxit Illyricos: ipsi quidē ut Romanū a tergo distinguerēt: a Perse rege conducti pecunia militauerunt: sine mora ab Antio Prætoris subigunt. Lofcordam caput gentis delesse fecit: Statim secuta deditio est deniq; hoc bellum ante finitum ē q̄ geri Romæ nunciaretur,

BELLVM MACEDONICVM TER, TI. XIII,

Quodam fato: q̄si ita cōuenisset inter Pœnos & Macedonas: ut tertio quoq; uincerent: Eodem tempore utriq; arma mouere. Sed prior iugū excutit Macedo, aliquanto q̄ ante grauior: dum cōtemnit. Causa belli ppe erubescenda: quippe regnū pariter & bellum uirultime fortis Andriscus inuaserat: dubiū liber an seruus: mercenarius certe/ sed q̄a uulgo Philippus & similitudine pseudoPhilippus uocabatur: regiam formā: regium nomē: animo quoq; regio impleuit. Iḡitur dū hac ipsa contemnit Populus Romanus Iuuentio Prætoris cōtentus: uirum nō Macedonici modo sed Thraciæ quoq; auxiliis ingentibus ualidū temere tētauit. Inuitos quoq; nō a ueris regibus: sed ab illo imaginario & scanico rege superatus. Sed cōsule Metello: amissum cū legiōe prætorē plenissime ultus est. Nam & Macedoniam seruitute multauit: & ducem belli deditū ab eo: ad quē confugerat Thraciæ regulo in urbē i cæthenis reduxit. Hoc quoq; illi i malis suis indulgēte fortuna: ut de eo Populus Rōanus q̄si de rege uero triūphauit.

BELLVM PVNICVM TERTIVM, TI. XV.

Tertium cum Africa bellū & tempore exiguum fuit: nam quadriēnio patratū est: & in cōparatione prætorum: minimū labore: nō enim tam cū uiris: quam cum ipsa urbe pugnatum est: sed plane maximo euentu: quippe